VICIPÆDIA

Lingua Khmer

Lingua Khmer ភាសាខ្មែរ	
Taxinomia:	lingua Austroasiatica e grege Mon-Khmer
Locutores:	inter 14 et 20 milliones nativorum inter 15 et 21 milliones omnes
Sigla:	1 km, 2 khm, 3 —
Status publicus	
Officialis	Cambosia
Privata	Vietnamia, Thailandia, Indonesia, Malaesia, Timoria Orientalis
Litterae:	
Scriptura:	Scriptura Khmer
Procuratio:	nulla

Lingua Khmer Cambosiae lingua officialis est quia gens Khmer, ethnos ibi praedominans et Delta Mecongi quoque et Thailandiensem Boreorientalem (Thailandice; อีสาน) regionem incolens, ea loquitur. Ad linguarum Austroasiaticarum familiam pertinet. Seu Sanscrita seu Palica, transmissa per Buddhismi et Hinduismi propagationem, linguam maxime affecit. Causa geographicae vicinitatis, lingua Chmerica quoque linguis Thailandica et Laotica affecta est et vice versa. Praeterea diversa vocabula e lingua Francogallica per colonialem dominationem absorpta sunt.

Lingua Khmer finitimarum linguarum (Thai, Laoticae et Vietnamicae) dissimilis est, quia lingua tonalis non est. S-O-V typi syntaxe utitur et lingua insulans est, sed cum praefixorum et infixorum usu per lexici typi derivationem.

Lingua Khmer abecedario proprio scribitur.

Excerpta et translitteratio

Ibi infra excerpta ex articulo primo Universae Iurum Humanorum Declarationis velut exemplum est:

មនុស្សទាំងអស់កើតមកមានសេរីភាពនិងភាពស្មើៗគ្នាក្នុងសិទ្ធិនិង សេចក្ដីថ្លៃថ្នូរ។ មនុស្សគ្រប់រូបសុទ្ធតែមានវិចារណញ្ញាណ និងសតិសម្បជញ្ញៈ ហើយត្រូវប្រព្រឹត្តចំពោះគ្នាទៅវិញទៅមកក្នុងស្មារតីរាប់អានគ្នា ជាបងប្អូន។

Et ibi infra eorum excerptorum translitteratio:

Monuss tāṃṅ ăs køt mok mān serīpʰāp niṅ pʰāp smø smø knā knuṅ sittʰi niṅ sečakdī tʰlai tʰnūr. Monuss krŏb rūb suttʰ tæ mān vičāroṇaññāṇ niṅ satisambačaññ, høy trūv braprʉtd čoṃpōḥ knā tau viñ tau mok knuṅ smārotī rab ān knā čā baṅ b'ūn.

Notae

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Khmer&oldid=2742188"

Novissima mutatio die 19 Maii 2014 hora 15:03 facta.